COLLECTIO ACTVVM CAPITVLORVM generalliū minimorum quā solam obseruare debent fratres prout habetur in capitulo Auinionis celebrato.

Anno Domini. 1578.



TVRONIS
Ex officina Renáti Sifſleau, Regis Ducisq; illuſtriſſimi Typographum, commorantis iuxta ædes Franciſcanas.
M. D. LXXVIII.




COLLECTIO ACTVVM CAPITVLORVM GENERALIVM MINIMORVM QVAM solam obseruare debent fratres, prout habetur in capitulo Auinionis celebrato. Anno Domini 1578.

Per Fratrem Iacobum Pichonneau, Prouincialem minimorum Prouinciæ Turoniæ.

Articulus primus.

Accusatores falsi.

a VMMO IVRE MOTI PAtres, decreuerunt quod si quis fratrum, verbo vel scripto confratrem diffamauerit, aut crimine, vel scelere accusauerit, ad petitionem partis, auctoritate superioris probabit rem ita se habere, quod si probare minimè valeat, pœna talionis plectatur. Insuper sit perpetuo infamis cui nunquàm fides adhibeatur, & vtráq; voce priuatus habilitatiq; naudquaquàm valeat. b Et quia plerumq; euenit, vt dicant se accepisse ab aliis, auctorem in medium adducere habebunt, cuius tunc probare erit: Quod si ipse dixerit se ab alio audiuisse eadem tramite iudicandū est: Et sic de ceteris vt primus auctor habeatur: & qui neminem adducere poterit tanquàm inuentor & huius rei fabricator punietur eadem lege. c Vnde superiores maxima

a Val. 4. Numero. 50.

b Val. 1. Nu. 16

e
Roma. 4. Nu. 10.
cum diligentia ac prudentia (auditis partibus) diiudicare habebunt, qui si neglexerint, ipso iure, ipsoq; facto, á suo officio sint suspensi. Interim ne accusatus fugam arripiat, tutò loco conseruari poterit.

Arti. 2.
A postatæ & fugitiui

d
Val. 4.
Nu. 52
d Nimia misericordia freti, quidám á religione dicedere tum cum habitu, tum verò sinè habitu minimè verentur, non absq; graui scandalo, suiq; animi detrimento: quapropter declarant patres vt de medio nostri tollatur peccandi occasio, tales cum redierint recipiendos ea forma quæ habetur in bulla. Reuerendissimi Cardinallis Alexandrini, super declaratione cuiusdam motus propri, bone memoriæ Pauli. 4. contra fratres apostatas: nimirum vt actiua & passiua vocibus, Iureq; suæ primogenituræ, nec non publica ad populum predicatione, & confessionis secularium audientia sint priuati, & per nullos superiores nec etiám per generale seù Prouinciale capitula rehabilitari possint, donec ad minùs per quadriennium bene laudabiliter & humiliter vixerint, & hoc intelligitur pro prima fuga.

e
Val. 4,
Nu. 52.
e Statuentes preterea impposterum habitum nostrũ dimittentes, & alterum, siuè regularem, siuè secularem assumétes, cum redierint transacto quadriénio (etiám si rehabilitarentur) non posse prefici vsq; ad decennium.

f
Val. 3,
Nu. 19.
f Si quis autem secundam fugam arripuerit vtráq; voce omnìq; primogenituræ priuetur, itá vt nec per generalem, nec per capitulum prouinciale rehabilitari possit, sed per acto sexennio poterunt patres gratiam illi condonare: si tertiam, perpeutò inhabilis habeatur primógenituraq; ca-

reat absq; vlla misericordia: Et super hoc negotio monetur capitulum generale vt potiùs id confirmet quam dirimat.

g Presenti quoq; decreto statuerunt ipso facto, tùm apostatas, tùm fugitiuos, absq; alia declaratione Iudicijs incurrere huiúsmodi priuationes. g
Ianu.4.
h qui si per capitulum generale vel prouinciale rehabilitarentur tempus tamen siuè vagationis, vel apostasiæ quò extra religioné fuerût, de tempore professionis minuetur i Ad hæc si clerici sint, ad sacros ordines promoueri non poterunt, nisi prius gaudeant primo genitura, k Insuper nolunt patres in aliena prouincia apostatas siuè fugitiuos recipi, sub pœna priuationis superioris recipientis, sed mittentur ad Reuerendum patrem generalem Vbi verò renuerint, ac per plateas ciuitatesq; eos vagari notum fuerit, ad superioris libitum strictissimis, varijsq; vniculis, & penitentijs demandantur coerceri. h
Paul.
Nu,29.
Parif. 17.
i
Val.4.
Nu.17
k
Auinio

Art. 3.

Benedictio post cœnam.

l Ad futuram rei memoriam decreuerunt patres, quod superiores post cœnam Benedicere habentes fratres erecti sint, hanc verò suscipientes genua (vt moris est) flectant. l
Auinio

Art. 4.

Bona religionis non alienare.

m Preterea cũ bona religionis alienare sit nephas statuerunt patres nullum prelatum siuè localem correctorem posse alienare aut védere possessiones & Conuentuum hereditates, absq; patris generalis consensu, & expressa summi pontificis authoritate: m
Val.3.
Nu. 14.

lisq; sub pœna privationis officij, vocisq; actiue & n passiuæ. n nisi res sint parui momenti.

Turo:Numero. 14

Art 5.

Beneficiari seù breue habere

o o Vt quisq; fratrum ad amussim vota, reguláq;
Rom 2. suam seruare valeat: concluserunt patres memini
Nu.16 licere beneficiari, nec ad aliquas dignitates pro-
p moueri. p Insuper qui breue aliquod impetrare
Paul. attentauerit, vt possit priuilegio singulari gaudere
Nu. 7 contra sui status integritatem, si superior sit etiam generalis; Ipso facto ab officio deponetur, eiq; obedire cunctis fratribus inhibetur, sed ad nouam electionem, illicò deueniendú est: si verò sit subditus perpetuo priuetur vtraquè voce, Iureq; primo geniture.

Art. 6.

Ad capitulum generale non venientes.

q q Cæterum Prouincialis quilibet, qui ad capitu-
Val. 3. lum generale venire contempserit, ipso facto Pro-
Nu.3. uincialatus officio priuabitur, nisi excusationis litte
r ras miserit, r qui autem venerit & diebus supra
Val.1.Nu. octo ante festum Ascensionis adfuerit, soluebit suas
18. expensas (moderate tamen) Itidèm si post Ascentionem, vltrà tres dies remanserit, capitulo clauso.
f f In quò commissi quarumlibèt prouinciarum
Ron.3. pro iure suæ primogenituræ, sedere, votaquè alter-
Nu.1. natim depromere in capitulo habebunt. t nolue-
t runt patres facultatem mutandi capitulum gene-
Foro. 1. rale remanere apud generalem & suos collegas
Nu.15. sèd sub-horta legitima causa mutandi, aut transferendi capitulum, consulantur Prouinciales singularum prouinciarum, quorum consensu proui-

deatur. u In quibus, & etiám prouincialibus capitulis nihil proponatur, nisi id quòd literis commissalibus expresse contineatur: Itáq; pertinentia ad religionem, cuiq; liceat proponere & illa litteris commissi ad capitula mittenda scriptis redigantur — u Au'nio,

Art. 7.
Carnes comedere.

x Cum cunctis notum sit fratres infirmos, vita cōmuni vti, iuxta tenorem regulæ nostræ: Nihil scandali arbitrati sunt partes concedere famulis cōuentus, Operarijs, Hospitibus, (Infirmitate laborantibus) Lectoribus ordinarijs, & medicis, carnib⁹ in cœnobis nostris vesci, — x Ianu.1 Nu, 32.

Art. 8.
Carceres

a Curent prouinciales quod in omnibus Conuentibus suæ Prouinciæ (si fieri potest) sint firmi & fortes Carceres, Et si quis fratrum alium fratrem è Carcere extraxerit, siuè instrumentum per se, vel per alium dederit, sit ipse Carceribus mancipat⁹ tandiùquámdiù frater extractus esse debebat. — a Val, 4. Nu. 62

Art. 9.
Confiteri.

b Et si in Ianuensi capitulo ordinatum fuerit, & in politano cōfirmatū, quod solis cōfessorib⁹ secularibus deputatis, confiteri habeant fratres clerici. laici, & oblati noluerunt tamèn partes ob hoc manus generalis, aut Prouincialium ligare, quin possint eis deputare duos. aut plures Confessores, ex ipsis secularium confessiones audire ordinatis. — b Bono.1. Nu. 11.

Art. 10.

Confirmatio Prouincialium.

c Val.3. Nu. 9. c Preterea ne acephalæ sint Prouinciæ, optimũ visum est patribus, vt cum primum quis electus fuerit in Prouincialem, sua cognita electione prouincialatus, statìm fungatur officio, licèt nondum fuerit confirmatus & si in alia fuerit prouincia, delata ad eum electione, statim ad illam adibit Prouinciam, etiám antè confirmationé. d For.1. Nu. 1. d quiquidèm á protectore suam confirmationem habere non debent e] Paul. Nu. 23. e Sed statìm á patre generali requiretur, si facillis ad eum possit haberi accessus, Si autem remotus sit, tùnc ad Patrem Zelosum rescribent, qui etiam sibi datas litteras ad prememoratum patrem generalem vbicũq; extiterit transmittere habebit.

Art. 11.

Correctores.

f Bono.1. Nu. 14. f Vt sagatius religionis negotia fiant, voluerunt patres vt nibil concludatur notabille in Conuentu per correctorem & capitulum, & conclusum non mandetur executioni, nisi ex scientia & assenssu superioris prelati (si fuerit presens) sciant enìm correctores se suis Prelatis subditos esse.

Art. 12.

Correctores in infirmaria.

g Val.2. Nu. 13. g Non immerito iniquo animo lex nostra absentiam correctorum fert sepius in detrimentum, quá in æmolumentum vergit, vndè patres opere precium duxerunt, correctores in infirmaria constitutos, de rebus Conuentus se intromittere posse, & Nibil

nihil tractari, aut decerni citra eorum consilium posse quod sit alicuius momenti (nisi obstaret grauis infirmitas) h qui cum exire Conuentum voluerint, in presentia Prelati, ab ipso etiam cum redierint benedictionem petant. h Tholos. Nu. 64.

Art. 13.

Ceremoniæ seruandæ

i Insuper denunciamus, vt quilibet corrector in suo Conuentu, quò ad celebrationem Missæ, & diuini officij, operam det, vt fratres vniformiter ceremonias, tum secundum ordinem Missalis, & breuiarij tridentini, tum verò nostras adamussim obseruent. i Iauu. 4.

Art. 14.

Defunctorum officium fratrum.

k Decreuerunt patres in quolibet Conuentu totius ordinis, celebrandas esse vigilias cum nouem lectionibus, altamq; Missam, pro generali anima, ac eius sociorum, patrisq; zelosi, cum eorum decessus innotuerit, Sacerdotesq; singulos Missam priuatam super hoc celebraturos, clericos verò secreto vigilias cum nouem lectionibus, laicos autem & oblatos centies pater noster, & totidem aue Maria singulariter recitaturos, adentes in fine Requiē eternam, & lux perpetua. Idem in obitu Prouincialium, & collegarum, per suam Prouinciam tantum, pro ceteris autem fratribus conuentualibus in Conuentu in quò moriuntur huiusmodi officium persoluetur eo modò quò supra, sed in Conuētib⁹ vbì non exalauerint animam, alta Missa, & vigiliæ cum tribus lectionibus celebrabuntur, singuli tamen fratres, priuatim agent ac si in eodem cœnobio efflassent animam. k Paul. 28.

Art. 15.

Discreti diffinitores.

1 Rom.4. Nu. 13 1 Inop [1]æ religionis nostræ, ac fratrum laboribus pie com patiens. S. D. N. Pius quintus diuina prouidentia pontifex maximus, motu proprio concessit vt in posterum ad capitula generalia ex quacunq; nostræ Religionis Prouincia, tantum accedat pater Prouincialis, & vnus commissorum eligendorum in vltimo prouinciali capitulo inter-medio facta prius in singulis cœnobis electione, qui si antè dicessum ad capitulum generale obierit, siuè suis demeritis, siuè deffectu electionis, aut quauis iusta causa á Prelato deponatur, tunc poterit eligi alter per eosdem Prouincialem & diffinitores, determinata die per eos, facta tamen primum in quolibèt Conuentu electione concessit insuper vt capitula intermedia Prouincialia, in vna quaquè prouincia celebrentur solùm per patres prouinciales, & quatuor vel sex diffinitores pl' min'-ve secundũ exigentiam & consuetudinem prouinciarum. Diffinitores verò debent eligi in primo capitulo in quò eligitur prouincialis. quæ omnia vti iusta & rationi consona, ac nostræ religioni vtilia, patres omni qua decet reuerentia susceperunt, volueruntq; obedire, & nunc obediunt pastori supremo. Declarantes quod in prefatos diffinitores poterunt eligi collegæ prouincialium, rursus volunt commissum ad capitulum generale destinandum, in correctorem assumi non posse, & ad hoc collegas eligi haud valere. Notumq; faciunt, solis triennijs in quibus eliguntur Prouinciales interesse debere correctores cum suis commissis: ad capitula verò inter-media suas electiones, & litteras per alium mittere, m at si quis ipsorum diffinitorum, siuè causa mortis, siuè depositionis, siuè deffectu electionis, siuè quauis iusta alia causa, sum non sortiretur effectum, tunc per patrem prouincialem, &

m Val.4. Nu. 15.

reliquos diffinitores poterit alteri proximo capitulo intermedio, locum supplere, qui omnes comitia in quibus prouinciales creantur obire non debent nisi sint collegæ aut correctores.

Art. 16.

Electionis modus.

n Et quoniam á sacra sancta sinodo tridentina n (quá via fraudem & dolum penitus subter fugere Val. 4. valebimus edocemur) Diffinitum est, vt superio- Nu. 19 res, & officiales eligantur per vota secreta, ità vt eligentium nomina nunquam publicentur, si secus factæ fuerint electiones, irrite prorsus habeantur Pro vt sancta sinodus habet. Accipiantq; singuli, tres, vel ad minus duas scedulas de manu scibæ cum inscriptione diuersorum patrum quos eligens voluerit, hoc modo Frater N. eligitur ad tale officium, & vnam earum reponat palam omnib^9, in loco ad hoc prestituto, quibus omnibus á singulis electoribus sigilatim emissis, scriba cum alio vel duobus ex corpore capituli sibi ascitis, accepta capsula singulas schedulas effundet, & antequã legat illas numerabit, an tot sint, quod & electores quæ si æquales numero non sint, ad alias accipiendas iterum veniendum est: Verum si cum vocalium numero conuenire inuenerit, aperiat & publicet nomina eorum qui fuerunt electi, exprimat numerum votorum quem quisque habuerit, vbi si quis vnica voce superauerit, êius electio valida & legitima erit. At si in vocibus fuerint æquales, vbi trina reiterata vice nullus appareat electus fiat tunc deuolutio ad capitulum prouinciale (pro quarta vicè) in correctorum discussione, vel ad patrẽ generalem in prouincialium. Quod si in patris generalis idèm eueniret, autenticis litteris cum votorum inscriptione fiat deuolutio ad summum

Nu. 16. taceatur tñ localis Correctorq electus,

Pontificem: Interim quò ad appareat determinatio pontificis eligatur vnus ex corpore capituli, qui quidèm presidebit, ac cunctis preerit ea-què faciet
o quæ facere posset generalis creatus, o Si autem
Val.3 commissi prouincialis vel generalis capituli in eadẽ
Nu. 8. pertinatia remanserint, nemo eorum ad capitulũ venire debet,

Art.17.

¶ Electio prelatorum, Collegarum, & Zelosi defunctorum, siuè officio siuè anima,

p p Preterea si contingeret (quod Deus auertat) pa-
Paul. 37. trem generalem diem claudere extremum, fiat Vicarij generalis electio per huius colegas, cum prouinciali illius prouinciæ in quá mortuus fuerit eiusdem Collegijs, ac correctore locali, vel proxi-
q minoris cõuẽt⁹ (si extra prouĩciã) q Si auteẽ ĩ Cõ-
Rom.3. uentu nostro Romano per prefatos collegas, & pa-
Nu.12] trem zelosum, vna cum correctore, vel vice correctore, cum tribus ipsius senioribus, & electionis vi confirmatus habeatur. vsq; verò ad proximum futurum capitulum generale, generalatus funga-
r tur officio. r ad illud autem officium, nemò e-
Paul. ligentium assumi poterit, si etiam contingat aliquẽ
Nu. 37. collegarum patris geneneralis morti incumbere, per ipsum generalem, in quacunqué prouincia diem obitus certò acceperit cum ceteris Colegis, & patre Prouinciali, eiusquè socijs fiat ipsius supple-
s tio. s Si autem zelosus, generalis cum sua comi-
Auinio. tiua, de alio prouidere habebit. t quod si prouin-
t cialis, per eius collegas vna cum correctore locali,
Paul. vel proximioris loci (si extra prouinciã cõcederet
Nu. 38. fato) Si quis colegarum prouincialis, per prouin-
u cialem ceterosquè collegas, & correctorem eiusdẽ
Val. 4. vel proximioris Conuentus, u qui omnes suum
Nu. 19. habebant exercere officiũ ad capitulũ prouinciale

vsquè inclusiue nisi generale citius esset celebrandum, vbi de noua electione cura habenda veniret per vicem gerentem prouincialem & diffinitores duntaxat, in aliquo capitulorum intermediorum, Etiam siue causa depositionis, siue deffectu electionis, aut quauis ex. causa, facta priùs prouisione de aliquo studioso Religioso.

Art. 18.

Electio prælatorum collegarum & Cor Depo.

x Insuperdiffinierunt quod si contingeret aliqué ordinis superioré ob vororum transgressionem, vel propter aliquòd euidens scandalum, à suo officio deponi vel suspendi, si prouincialis sit, fiat per suos socios vna cum correctore, & capitulo locali, vbì crimen commiserit, si socij per prouincialem & collegas reliquos, ad ipsos quoquè de Vicario prouidendum erit, ad quos punire est: Nullus tamen eorum poterit in vice gerentem assumi. Et si priuatio, aut suspensio fiat per generalé, vel ei⁹ vice gerentem & eorum colegas, ad eos etiam pertinebit prouisio vicarij per aliquod dies in correctoris depositione, a Sed fratres locales non expleto mé- se, ad electionem sese conferant b Vel etiám ordinare, prouidere de aliquò vicario (loco depositi correctoris) si quidèm in casu quò aliquò in Conuentu non sint vocales.

x Tolos. Nu. 13. Ianu. 4

a Val. 2. Nu. 12

b Val. 4. Nu. 39.

Art. 19,

Qui possunt eligi.

c Cum de electione correctoris verba facturi sim⁹ assumi poterit qui & precedenti anno supra dimidium non fuerit vicarius: de prouincialis qui supra annum & dimidium, non functus fuerit vicè ipsius d qui omnes si á minoribus ad majora deuenerint, tandiù pati imperium post modum fateri, quandiù vltimam prelaturam celebrariut, scilicèt tribus

c Val. 4 Nu. 50

d Rom. 2. Nu. 24. 5

e annis e quibus durantibus vicès superioris gerere
Val.2. minimè valebunt, nisi per mensem, vel vt habetur
Nu.12. de vicarijs. f Prouinciales ex alijs prouincijs e-
f ligi poterunt, non autem eorum collegæ. g Qui
Val.3 collegæ euoluto triennio non poterunt reeligi in
Nu.8. socios successorum, nec in correctores durante eo-
g rum collegatus triennio. h Preterea correctores
Auinio. suo habebũt fungi officio post festũ sancti Michae-
Val.4. lis, quousque successores electi & confirmati in suis
Nu,42 coenobijs comparuerint. i Prouinciales ad idem
h etiam si per annum electus non accederent k in
Val.4. quibus electionibus fratres per obedientiam patris
Nu.25 generalis in prouinciam venientes, cum primum
i in aliquem ipsius prouinciæ conuentum sese rece-
Auinio. perint, & ad prouincialem commode adire non po
k terint, insterq; tempus electionis, voce actiua &
Val.3 passiua in eo conuentu gaudebunt. l Nisi valetu-
Nu. 22. dinarij sint quippè qui iurè ab omni officio excusa-
l ti sunt.

Art.20.

Bon.1. Electio discreti capituli prouincialis

Nu. 17 m Quia necesse est commissum ad capitulum pro
m uinciale venturum, ex proprio & non ex alieno
Val.1. cœnobio debere eligi, n eius electio post localis
Nu.12. vicarii asignationé tractanda veniet. o ad cuius
n munus obeundum collegæ assumi non poterunt.

Janu. 1° Art.21

Nu. 16. Fugitiui.

o p Ne precibus ĩportunis Fratrũ Reuerendissimi
Ianu. 4. Protectoris nostri aures calcant, prohibuerunt pa-
p tres quid cõtra obedientiam Superiorum fauore ei
Val.4. impetrari, sub pœnis in bulla Gregorij vndecimi
Nu. 51. à sixto quarto approbata & hodie nostris statutis in-
q certa, ipso facto absquè alia declaratione incurren
Val. 4. dis. q rursus inherentes mandato concilij triden-
Nu. 53. quó prohibetur regularibus á conuentibus suis re-

cedere, etiam pretextu ad suos superiores accedendi nisi ab eisdem missi aut vocati fuerint declarant tales inter fugitiuos comprehendi debere, ac desertores sui instituti existimari. r at vero si frater fugiens non culpabilis sufficienter reperiatur, sed ipsius fratris superior nulla penitẽtia afficietur, sed superior á suo prelato iuxta delicti grauitatem, & causam acriter puniatur.

q quos voce actiua per triennium priuam⁹, passiua vero per sexennium. r Tolo. Nu. 22 & Ianu. 1. Nu. 10,

Art. 22.

Generalis cum collegijs visitandus.

s Multis rationibus moti partres, sanxerunt patrem generalem officio deffunctum per suum delectum partrem generalem. ante finem capituli, vna cum sua comitiua visitandum. t quiquidem sibi necessaria, & habitum vnum á cœnobio romano accipiet. u Cum maximè sub sua iurisdictione sit, & precipua siuè particularis eius sedes, a Prouincia quoquè Parisiorum, alterum suscipiet habitum, cæteræ autem galicanæ prouinciæ, collegæ gallo de indumentis prouidere habebunt, collegæ Italo, Prouinciæ Italicæ, collegæ Hispano, Prouinciæ Hispaniæ, Oblato verò singulæ prouinciæ ad prorata.

s Paul, 17 t Bono 1. Nu. 43. u Paul. Nu. 16,

Art. 23.

Habitus.

x Optimum visum fuit patribus, vt qui extra ordinem nostrum sunt cogantur relinquere habitum nostrum, aut saltem alium notabiliter habeant distinctum cunctisq; priuilegijs ordinis nostræ priuentur.

x Bon. 1. Nu. 29

Art. 24.

Hereticorum punitio

a Memores patres in capitulo Ianue celebrato fuisse acceptatam quandám bullam Pauli. 4. contra Hereticos, & scismaticos, qua volebat eos qui á fide catholica deuiasse, aut in aliquám heresim in-

a Vol. 4. Nu. 45,

cidiſſe deprehenſi, aut confeſsi vel conuicti fuiſſét ſiue (quod abſit), in poſterum déuiabunt, ſiuè in hereſim incident, & confiterentur, ſiuè conuincerétur cuiuſquè ordinis exiſtent, eo ipſo ſuis dignitatibus, nec non voce actiua & paſsiua, omnique auctoritate penitus, & in totum pepretuo priuati. & ad illa de cetero inhabiles & in capaces remanere Nec veró vnquám tempbre ad paſsiuam reſtitui. reponi, reintegrari aut rehabilitari poſſe niſi ex beneficio ſedis apoſtolicæ id reportauerīt, hac ergo noſtra in perpetuum valitura ordinatione, vigore dictæ bullæ preſentibus cūctis capitulum generale celebrantibus, audientibus, ſanxerunt ſtatuerunt decreuerunt, & diffinierunt, quod omnes & ſinguli fratres noſtri ordinis qui hactenus vt preſertur deuiaſſe reperiantur, vltra omnes & ſingulas ſententias cenſuras, & pœnas quomodòlibet ſtatutas, & promulgatas contra hereticos, ſint etiam eo ipſo abſque alia declaratione, perpetuo actibus priuatis legitimis, & ſuis (ſi quæ habent) ſuſpenſi officijs, cum expreſſa declaratione, quod ſi qui per ſanctā ſedem apoſtolicam, olim fuerint rehabillitati, vel impoſterum rehabilitarentur, non intelligantur rehabilitati quod ad dignitatem prelaturæ. ad hec vt in bulla continetur, omnino á confeſsionibus audiendis contionibuſquè habendis ſint prohibiti.

Art, 25.

Hoſpites.

b Val. 4, Nu. 47. b Fratres hoſpites & peregrini, ſint ſub iuriſdictione & obedientia correctoris illius conuentus vbì ſunt hoſpites, et per conſequens eiuſdem ordinationibus ad regularem obſeruantiam ſui conuentus ſpectantibus, nec debent ſine eius licentia conuentum exire, & de exceſsibus ſuis, ſi quos ibì committerent debent & poſſunt corrigi ab ipſo & caſtigari

gari: teneantur tamèn benigne correctores, eis pcmittere negotia sua peragere, dum-modò non scandolosè, sed honeste ea tractent, c quòd sic cōtingeret prouincialem alterius prouinciæ in re- Val. 4.
fectorio comedere, sèu interesse (absente proprio Nu. 49.
Prouinciali) corrector debet ei locum dare, & in processionibus, cum ille non sit locus iudicij sed dignitatis. Art. 26,

Infirmi.

d De fratribus autem á Conuentu in Conuentū d per obedientiam transmigrantibus, & in alieno Paul. 39
Conuentu, siuè in sua prouincia, siuè in altera in infirmitatem incidentibus, statuerunt patres vt charitatiue tractentur iuxta tenorem regulæ nostræ, ac si conuentuales essent, nec propter hoc fratres sui conuentus, conuentui vbì eos infirmari contingerit aliquid restituere teneantur, e & cūe vita communi vti de consilio medici necesse sit: in Ianu. 1.
Conuentibus tamen à ciuitatibus remotis, cum fa- Nu, 33.
cile ad medicum non posstt haberi accessus onerata scorrectoris & seniorum conscientia, infirmitatis qualitate cousiderata, eorum consensu, & tonsoris ordinarrij consilio, poterunt omnes predicti, quoad æsum ciborum pascalium, medici absentiam suplere.

Art. 27

Laici.

f Determinauerunt in quibus-cumq; superiorum f discretorum seú sociorum & commissorum actio- Rom. 3.
nibus, nulla-tenus actiuam, aut passiuam vocem Nu. 25.
habere fratres laicos.

Art. 28.

Libri. g

g Precipiunt patres omnibus superioribus, ac eo- Val. 4.
rum vicarijs, libros fratrum decedentium, ne- Nu. 8.

mini concedere, aut donare, sed in bibliotecam communem reponere, nisi forsam illic essent tales vel iuditio superiorum communi commodo minus vtiles viderentur, tunc enim poterunt vendi, ea tamen districtione precepti, vt illorũ preciũ ĩ alios
h vtiliores conuerterentur h sed si quis vendere ad
Val. 1. suum vsum concessos, presumat á quocũq; habue-
Nu. 24. rit, tanquam proprietarius puniatur: illi autẽ qui per obedientiam in aliam pergunt prouintiam, vel Conuentum, ex superioris permissione poterunt trans-ferre eos sine quibus commode non possent
i legere aut predicare, i De his autem, & de cete-
For 1. ris disponere alias non poterunt k Insuper cun-
Nu. 13 ctis prohibent, siuè lectoribus, siuè predicatoribus
K sinè speciali sedis apostolicæ licentia libros prohi-
Val 4. bitos habere, qui verò habuerint, & conuicti fue-
Nu. 46, rint, vltra pœnas iuris communis, & quæ à sancto officio inquisitionis Hereticæ prauitatis talibus ĩponuntur perpetuò munere legendi, predicãdi, & confessiones audiendi, priuati existant Item ad oĩa officia inhabiles sint, actiua vocè, & passiua careãt
l l Presentiq; statuto mãdant singulis correctorib⁹
Val. 4. & prouincialibus vt in singulis suarum prouinciarũ
Nu. 67. horum statutorum (ne quis velamen ignorantiæ suæ legis pretendere possit) librum habeant.

Art. 29

Monialium monasteria

m m Inuiolabili lege prohibent oĩbus ingredi cepta
Val. 4. monialium sub excõmunicationis pœna ipso facto
Nu. 35. incurrenda, etiam pro visitationibus faciendis secundum tenorem bullæ Pauli 3. super approbatione capituli paulitani emanatæ, & vt sancta synodus tridentina habet sessione quinta de regul. chap. 22. Superiores igitur visitationes suas

agere teneantur ante cratem ferream. n at verò n
in articulo mortis, seù in extrema infirmitate, ad Ianu.1.
sacramenta miniſtrāda solemniter īdutus confeſſor Na.34
cum socio ingredi poterit, quæ quidem confeſſori-
bus suis victum & veſtitum prouidere habebunt.
o atquè pro rata ſoluere expenſas patris generalis o
p Prohibuerunt inſuper, ne quis Prouincialis, ſi-For.1.
uè quiuis fratrum noſtrorum, aſſumat aut acceptet Na.4,
onus audiendi confesiones monialium alterius or-p
dinis á noſtro, niſi cogatur á ſacro ſancta ſede apo-For.1.
ſtolica. Art.30 Na.8.

Morbus neapolitanus ſiuè gallicanus.

q Ordinarunt patres, quod ſi quis in morbum quē q
Galli appelant neapolitanum, Itali gallicanum, For.1.
Hiſpani labubas vocāt inciderit, vbi per Medicos pe Na. 3
ritos certò innotuerit, non coutatur cæteris fratri-
bus in victu & veſtitu, sed ſuper-lectilia priuatim
habeat, careatq; perpetuo voce paſsiua.

Art.31.

Obedientia

r Si pater generalis a remotis exiſtens, ad aliquē r
fratrum obedientiam miſerit, qui forte á locali ca-Val.3 Na.
pitulo, sui vel alterius Conuentus, in correctorem 7.& 8.
eſſet electus, quam primum ſuper huiuſmodi cer-
tiorem reddere ſuperiorem habebunt patres qui ſi ſe-
cundo replicauerit, tunc ei obedire tenebitur, etiā
confirmatus corrector (allegatis tamen prius illius
depoſitionis cauſis.) ſ hi autem qui ſuā habent o- ſ
bedientiam abeundi a Conuentu in conuentum, vel Foro. 1.
á prouincia in prouinciam, ne diſponent de veſti-Na.13.
mentis, de rebus & aliis quibuſcunquè ad ſuos vſus
conceſsis per quoſcunquè ſuperiores, ſed diſtrictiſ-
ſime in hac re ſeruetur quintum capitulum corre-
ctorii: & ne putent vigore ſuæ obedientiæ ita exem-
ptos eſſe ad obedientia prouincialis & correctoris

quin de iure subiaceant eorum obedientiæ & disci-
t plinæ, si quid egerint correctioni dignum. t Da-
Val.2. buntur itaquè illis pecuniæ siuè suam expostulaue-
Nu. 19, rint obedientiam, siuè non.

Art.32

¶Non obligant ad culpam acta capitularia neq; oĩa superiorũ præcepta nisi &c.

u u Cum regula nostri ordinis ac correctorium
Ianu.4. ex se non obligant ad culpam, á simili declarant patres, transgressores statutorũ generalium constitutionum Prelatorum, quæ non habent præceptum annexum formaliter factum, puta in virtute sanctæ obedientiæ, vel spiritus sancti, vel sub pœna excommunicationis, vel verbum mandamus, seù precipimus, & id quod est in eis, non est diuina lege, aut humana prohibitum vel mandatum, culpam non incurrere, sed tantum pœnam in prefatis mandatis seù ordinationibus taxatam, vel per prelatos taxandam & imponendam, quod si facere recusauerint non euadant culpam: transgresio enim cuiuscunq; ordinationis, quantumquè minima ex contemptu facti, obligat ad mortalem culpam.

x x Declarant quoq; patres, omnes ordinationes à
For. 1. generalibus. seù prouincialibus factas, habere vim
Na.18. donec abrogatæ fuerint per superiores succedentes.

Art. 33

Ordines sacri,

a a Ordinantes quod si qui deinceps fratrum cleri-
Roma.2. corum in apostasia, vel sine licentia superioris aut
Nu. 7 laicorum aut oblatorum quocumqué modo post eorum professionem, sacros presumpserint recipere ordines, ab ordinis huiusmodi execucione suspendátur, & iurè primo genituræ etiam vtraquè voce perpetuo priuentur. nouissimũq; clericorum (si clerici fuerint) laicorum, si laici, oblatorum si oblati

tenere compellantur donec per capitulũ generale rehabilitatentur. b Si qui verò prelatorum sua te meritate aliquem laicorum aut oblatorum post eorum professionem, ad sacros ordines recipiendos li-centiat, aut nouiciorum, a suo officio deponatur & ad oĩa ordinis officia ĩhabilis redatur. sociiq; illi⁹ in hoc consentientes, tali pœna plectantur, vsquè quó per generale capitulum rehabilitentur, c Si autem primogenitura priuatos promouerint, quilibet superiores, per sex menses ab officio suo suspendantur, & ordinati eodem tempore ab huius ordinis functione priuentur.

b Roma .2. Nu.7.

c Val.4 Nu.17 & 54.

Art. 34.

Pecuniæ siue annualles siue non

d Preterea omnium saluti consulere satagentes voluerunt & volunt patres quod fratres pecunias sibi a parentibus aut á quóuis alio annuatim assignatas, quocunq; respectu non obstante, faciant reponere cum elemosinis conuentus in capsa communitatis quòd si qui in contrarium venire attentauerint, tanquam proprietarij puniantur, attamen de huiusmodi pecunijs primo prouideatur necessitati illorũ, quib⁹ talis donato pecuniarũ facta fuerit.

d Paul 12.

e Si quis etiam pecunias extra arcam, siuè crumenam conuentus in quorũ cũ juè manibus, vltra triduum absq; sui superioris licentia maliciose seruare fecerit, pecunijs huiusmodi priuetur, & iuxta delicti grauitatem puniatur, actiua quoquè & passiua vocibus careat perpetuo, nisi per generale au prouinciale capitulum rehabilitetur, f Rursus inhibuerunt nemini licere, pecunias quascunquè quibuscunq; de nostro ordine non existentibus mutuare, nisi de superioris & capituli localis assensu

e Tolo. ~~Val. 3.~~ Nu.8 29

f Tolo.31.

g Insuper decretum fuit quod generalis quicunq; fuerit spirato eius officio, ad propriam patriam per

g Auinio,

nationum expensas deducatur: hoc idem de collegiis instituitur, vt singuli collegæ ad singularum nationum expensas reducantur.

Art.35.

¶Priuationes non fieri durante capitulo,& priuati.

h Val 4. Nu28. h Et quoniam secundum iura in electionibus faciendis, liberas electores habere debent voces ne timore concussi faciant quod libere nollent, diffinierunt quòd in capitulis generalibus siue prouincialibus, non faciant priuationes vocum, nisi in casibus in quibus aliquis fuisset electus non seruata forma canonica, sed si delinquentes fuerint

i Val3.Nu8 puniantur alio tempore. i Ad hæc cum quis ob sua demerita inhabilis factus fuerit, & legitimo testimonio non constet de illius rehabilitatione, tunc nullam vocem habeat quòusq; probet sibi donatam fuisse gratiam

Art.36

Processus facientes.

k Val.4 Nu.44 k Non possunt patres grauiter non dolere, audientes non-nulos frates clam & secreto aduersus suos superiores & alios confratres conspirare, & surreptitjos processus facere, seù literas testimaniales manibus aliquorum fratrum subscriptas procurare siue conseruare, vnde pleriquè contemptus superiorum non absq; graui animi iactura euenit,, quapropter statuunt quod si qui contra suos superiores, vel confratres manifeste, siue oculte processus attentauerint ipso facto absquè alia declaratione, sint priuati vocibus actiua & passiua per triennium & per sex menses carceribus mancipentur. veluti vsurpatores alienæ iuridictionis, & processus seu literæ eo modo per eos factæ sint ipso iure nullæ

Art. 37

¶Processus quando comburendi aut conseruandi

l Finem perturbationibus discriminibusq; impo- l
nere patres in votis habentes, quæ oriuntur ex pro- Val. 4,
cessuum delictorum fratrum retentione, decreue- Nu. 64.
runt patrem generalem in sequenti capitulo generali, secum deferre omnes processus in suis visitationibus factos, eosquè in finem capituli, comburere qui verò se iniustè punitos existimarent, sibi iustitiam reddi, scribere teneantur ad capitulum generale, per commissũ prouinciæ,& processus nõ comburentur sed successori generali asignentur qui cum sese contulerit ad scribentẽ fratrem (partibus auditis) poterit vt iuris est contra suum predecessorem procedere, quod si nullas ad prędictum capitulum miserit, predecessor prefatus summarie ratione redita omnium processuum successori eos combuere teneatur. Et si quis post-ea quaestus fuerit non audiatur, sed potiùs puniatur. De processibus autem per patres prouinciales factis decreuerunt apud se seruandos esse, vsq; ad aduentũ patris generalis, vel vsquè ad capituli prouincialis celebrationem, & si quis tunc non conquestus fuerit comburentur processus, nec postea audietur,

Art. 38.

¶Rata soluenda patri generali & Collegijs necnon capitulo

m Quoniam olim Reuerendo patri generali & m
suis collegiis,ad ipsorum peregrinationem, pecu- Val. 4.
nias taxatas minimè suppetere sensuerunt patres. Nu. 66.
Statuerũt quamlibet prouinciam post vltimum decessum ab ea, exibituram viginti aureos. n At- n
tamen ob reddit*pecuniarum repertarum, de quibus Auinio.
habetur in dictamine capituli Auinionensi, non dabunt aureos viginti sed partem. pro-vt generalis

æquum videbit, singulas insuper nationes, singulis collegijs triginta, patri verò generali omnes nationes. quadraginta pro equitaturis, quam tamē pecuniam eorum successoribus, in capitulo generali restituere habebunt, demptis casibus fortuitis. Preterea volunt quamlibet prouinciam, pro celebratione capituli generalis sex aureos soluturam.

Art. 39.

¶Receptio fratrum.

o o Ordinarunt insuper quod qui apostolica au-
Bono. 2. thoritate ab ordine exiuerint non posse amplius re-
Nu. 9. cipi, nisi per generalem, aut de speciali huius mā dato, & si qui superiorum contrarium fecerint ab officio deponantur

p p Nullus insuper nouicius in alio Conuentu ex-
Ianu. 1. utus, ad ordinem resumatur nisi cognita causa, pro-
Nu. 13. pter quam fuerat emissus, nec cuiusuis religionis professus ad ordines admittatur, nisi de solo patris generalis consensu quiquidem mouitij quamuis docti contionem ad populum habere minimè valebunt, nec confessiones (nisi in extrema necessita-
q te) audire. q Ad hæc consulte a patribus statutū
Val. 3. est, quod de ceteró nullus de genere confessorum
Nu. 15. aut saracenorum, etiam post quartam generationem recipiatur sub pœna priuationis officij recipientium, si quis etiam post eius professionem ex hoc genere inueniatur, nulla erit, talis professio,

r r Preterea voluerunt cecos claudos, aut desformes
Ianu. 4. non recipiendos, nec homicidas aut infamia vulgari maculatos, sed studiosos & corpore sanos, & ad minus septimum decimum annum hattigentes. sub poena priuationis officij.

Art. 40.

¶Rehabili

ſ Placuit item patribus, ne importunis precibus

Fratrum

fratrum, infeſtetur Reuerendiſsimus protector noſter, per triennium inhabiles eſſe; quicumquè ab illo rehabilitari poſtulauerint, per ſe vel per alium

t Declarantes quòd ſi qui apoſtatarum, contigerit legitimè priuilegijs religionis gaudere, non intelligantur qui veniunt vel de genere confeſſorũ, vel qui affecti ſũt morbo gallico, ſiuè neapolitano. t Val. 4. Nu. 53.

Art. 41.

¶ Reuelantes ſecreta Religionis.

u Ne male audiat religio noſtra, viſum eſt patribus, quòd vbì non-nulli fratres. aut inferioris gradus ſuperiores, à ſuis ſuperioribus ob delicta ſua correcti, ac puniti extiterint ſi parentum, vel amicorum, de ordine noſtro nõ exiſtentium, fauorẽ vel auxilium expoſtulauerint, aut literas fauorabiles obedientiæ ſeù regulæ ſeu correctorio, contra-venientes, ab ipſis impetrauerint, per ſe vel per aliũ, per menſem incarcerentur, & vtraq; voce perpetuò priuentur. u Val. 4. Nu. 63. Roma. 2. Nu. 53.

x Ad hec quicunq; aliorum fratrum crimina, alijs perſonis ab ordine noſtro reuelauerit vndè fratri, vel ordini, infamia vel damnum ſubſequi poſſet, vbì legitimè cõuictus fuerit, per duos menſes incarcerentur, & vtraquè voce perpetuò priuentur. x Val. 4 Nu. 63.

Art. 42

¶ Romæ Conuentus correctores

a Et cum Conuentus Romæ dicatur patris generalis particularis ſedes. b Stabilierunt quod ſicut per Dominum Epiſcopum Tortonenſem, in capitulo romano authoritate apoſtolica preſidentem, diffinitum eſt, quod conuentus Romæ ditione & imperio patris generalis, pro tempore exiſtentis, vel eius oculati viſitatoris erit ſubiectus, quémadmodũ etiam voluntas, & determinatio beati patris noſtri, ita declarata fuit ſuis litteris, a Bonon. Nu. 43 b Paul. Nu. 43.

c
Ianu. 2.
Nu. 6.
c Qua in re accepte fuerunt, & aliæ litteræ á patribus romani conuentus, super electione & confirmatione, sui correctoris nationis Italicæ, quibus contendebant & obnixe rogabant, non debere confirmari, habita ratione ad Sancti Francisci institutoris nostri litteras. quibus speciali priuilegio solius gallicæ nationis correctores eidem conuentui præfici, in regis beneficij perennem memoriá declarauit & statuit, cui controuersæ questioni respondentes patres censuerunt prædictum correctorem in suo correctoriatus officio perseueraturum vsq; ad festum Sancti Michaelis, prædictas autem sancti patris nostri litteras, per sedem apostolicam quam commodissimè id fieri poterit, confirmandas voluerunt.
d
Anisio.
d Et quia discrimen sub-ortum fuerat adhuc de correctoriatu conuentus Romæ, iterum placuit tam Italis, quám Hispanis, quo ad officium correctoriatus Romæ, iura pretensa cedere cum ex Illustrissimo & Reuerendissimo Protectore declarata fuerit voluntas Diui patris Sancti Francisci de paula fuisse, & ex litteris sibi patuit quod conuentus Romanus quò ad correctoriatum regatur a Fratribus gallicæ nationis, quod fuit cõfirmatum, eo presente á Summo pontifice, totòq; Cardinalium senatu. Volunt tamèn quod ad oĩa alia sit communis, & fratres mixtim, ex omnib9 nationibus sint, in illo Conuentu, induanturq; nouicij indifferenter quarumcumquè nationum fuerit.

Art. 43.

Sensuræ maturæ eijciendæ.

e
Ianũ. 4,
e Et quoniám in sententijs excommunicationis ferendis, sacro sancta synodus tridentina moderamèn esse voluit, attendant superiores, vt non nisi pro grauioribus causis, quibus necessario prouidendum est, sensuras imponant siuè fulminent, Per

causas leues, intelligimus, puta, si quis fuerit ingressus hortum, & excerperit fructum ex arbore vel ingressus coquinam, vel pro re minima perdita & similia sed mature deliberent, & vrgente necessitate agant.

Art. 44.

Socij Prelatorum.

f Declarandum esse iustum arbitrati sunt patres, vt omnes collegæ generalis & prouincialium, in capitulo locali presente seú absente prelato, vocem habeant, scilicèt in venditionibus, emptionibus, reparationibus. & in admittendis nouicijs, ad professionem. ac etiám in rebus magni momenti,
g Socij verò generalis vocem habebunt, in electione generalis sequentis. h Et vbicumquè sua primogenitura preualebunt, in mensa benedicent sedeant & in omnibus alijs locis, quę antiquitaté religionis aspiciunt, exerceant, si absit corrector aut eius vicarius. i Qui etiam cum extra Conuentum exire voluerint, absente prelato, indicabunt correctori, aut eius vicario, qui eis socium concedere habebit: At verò cum reddierint benedictionem petant.

f Ianu. 3. Nu. 6.
g Turo. Nu. 13.
h Paul. Nu. 26
i Val. 3. Nu. 8.

Art. 45.

Suffragia perpetua.

k Cum non visum fuisset essentiale, in regula nostra quod fratres ad suffragia perpetua non se obligent: concluserunt quod de consensu capituli prouincialis, ad huiusmodi perpetuo se astringere possint, modo redditus competanter percipiant kk volúntq; non omitti septem psalmos in choro.

k Ianu. 1 Nu. 37,
kk Tolo. Nu. 28.

Art. 46.

Studium.

l Funditus ignorantiam in votis dirimere habētes patres tanquam omni bono maximè aduersam,

l Rom. 3. Nu. 16,

statuerunt vt quilibet prouinciales, in aliquo suæ
m prouinciæ conuentu, studjum erigant. m sub
Val 3, pœna depositionis à suo prouincialatus officio.
Nu, 24, Art. 47. Triremes.

n Considerantes patres non-nullos eiusdem or
n dinis fratres, post posito Dei amore á regularibus
Val 4. ipsius ordinis institutis deuientes, ac diuersorum
Nu. 6. generum malis se immiscentes. in suæ salutis perniciem. Decreuerūt huiusmodi fratres, ità scandolose & incorrigibilliter viuentes, libere posse per generalē iuxta delictorū qualitatē, ad trimeres ppetuò vel ad tempus condemnari, quod etiam prouinciales, in suis prouincijs, facere poterunt, consulto tamen prius reuerendo patre generali.

Art. 48.
Vestimenta in pecuniis non danda.

o Item ordinamus quod si in aliquibus prouin-
o cijs, aut conuentibus, certa pecuniæ summa, cou
Val. 4. sueuit assignari fratribus, pro eorum vestimentis
Nu. 34. huiusmodi consuetudines penitus aboleantur, & ex nunc abolitas esse penitus declaramus. Quod si quis superiorum contrarium fecisse repertus fuerit sit ipso facto ab officio priuatus, prouideant tamē superiores prelati, vt secundum facultatem cuiuslibet conuentus, necessaria fratribus subministrentur vestimenta, quod si in illa vrbe vbi conuentus fuerit, pannus non reperiatur, curant superiores prelati pecuniam designatam pro vestimentis fratrum, in quatuor capsa clauium conseruari, quousquē panni emendi cōmoditas sese obtulerit, vel in dicta vrbe, vel alibi cum expressa inhibitione, quod non habeant correctores locales, illam pecuniarum quantitatem in capsa communitatis pro vestimentis asseruatam in alium vsum conuertere, nisi de consensu eorūdem fratrum (quorum interest vestimenta habere)

& hoc duntaxat in casu necessitatis.

Art. 48.

Vicarij

p Non est cui verti debeat in dubiũ, an corrector p valetudinarius, vel egredi habẽs cœnobium, possit Val. 2. quamcumquè fratrum suo loco constituere, etiam Nu. 12. eum qui precedenti anno prelatus vel corrector extiterit: at verò per mensem tantum id facere posse volluut patres, nisi vrgens necessitas, vel penuria fratrum exigeret talem perseueraturum in vicariatu. q Prouinciales quoque de consilio collega q rum suorum vbi necessitas occurrerit, in locum Val. 2. suum ad capitulũ generale mittendum substituere Nu. 2. posse quancũquè voluerint, etiam si talis vel colega sit vel toto triennio extiterit prelatus.

Art. 50.

§ Visitationes

r Ad proprietatis vitium extirpandum, sancta r synodus tridentina, intendisse videtur, demum ne Val. 4. quid in fratribus nostris illius vestigij supersit. Pre Nu. 31. cipimus omnibus superioribus prelatis, in virtute sanctæ obedientiæ, eorumquè vicarijs, vt tempore suarum visitationum, omnium subditorum (nemine excepto) priuatas cellas visitent, & eorum supellectilia considerent quod si aliquid inuenerint quod statui Paupertatis non conueniet, auferant & cõmuni vtilitati applicent. s Statuentes insuper, s vt singulis annis omnia bona eis ad vsum concessa Val. 4. integre fideliterquè scriptis redigantur, & si aliquid Nu. 32 superflui conspicient egentibus distribuent, si autẽ etiam minima occultauerint, vel superiori non ostenderit, vbi conuicti fuerint, ipsare priuentur & voce vtraquè biennio, pro vt vult sancta synodus sess. 25. de regul. chap. 2. etiam atquè etiam tanquã proprietarij punientur.

Art. 51.

§ Visitatores non recipiantur

t Dissiniefunt insuper, quod quodcunq; con-
Val. 4. tigerit patrem generalem aliquem visitatorem
Nu. 39. delegare teneatur simul cum eo duos sibi socios ad
Ianu. 13. libitum assignare, alias a prouincialibus non recipi-
u atur ad munus visitationis explendum, u Attamé
Val. 4. prouinciales suam poterunt visitare prouinciam
Nu. 38. cum vnico collega diffinitiones vero alicuius ma-
gnæ importantiæ non fiant nisi consultis alijs, col-
legis, quando omnes commode adesse possunt,
alias āte diffinitiuā sententiā teneantur superiores
prelati ad eos scribere vbicunque fuerint, quod au-
tem dictum est de prouincialibus, volumus inteligi
de Reuerendo patre generali, secundum determina
tionem capituli generalis Ianue celebrati. Volumus
cum omnibus collegis saltem cum duobus, citra
x impedimentum accedere visitaturum. x Et si
Val. 4. vnus collega cum prelato sit, in ea lem sententia
Nu 41. alij duo minimé, stetur illi parti, vbi vnus sociorū
cum prelato conuenerit, in quorum sententia, alij
a teneantur se subscribere a Penitentias itaque gra-
Val. 4. ues non possunt imponere prelati absque consilio
Nu. 38. suorum collegarum. b Et quia nobis perspectum
b est, vt quidem fratres a superioribus, tempore
Rom. 4. visitationis, sub sanctæ obedientiæ merito
Nu. 7. alijsq; grauioribus censuris adiurati vt delicta fra-
trum tunc emendenda charitatiue denuncient, illi
autem dolose & liuore nescitur q iō, reticent succes-
soribus visitatoribus detegenda: hanc itaque legem
adamussim seruandam statuerunt patres, vt crimi-
na á prelatis inquisita, vel á suis vicegerentibus, tā
in communi, quam in particulari, in suis visitatio-
nibus scita & non publicata, quamuis non punita,

a successoribus superioribus non puniantur, sed potius eorum accusatores quia adiurati tacuerunt & obedire mandatis superiorum contempserunt & in sententiam excommunicationis lapsi sunt.

Art. 52.

Zelosus

c Conclusum etiam fuit electionem collegarum Paul, patris generalis assumptionem zelosi precedere de Nu. 24. bere & patres prouinciales in collegas generalis d non assumendos. sed in zelosum posse d quiqui- Ianu. 1. dem nullas litteras, aut priuilegium quodcunquè al- Nu. 5. terius personæ á religione in curia romaná presumat procurare nisi de expressa patris generalis permissione, nec etiã fratrũ ordinis nostri, nisi pater pro e uincialis suæ prouinciæ predicto zeloso de cõsensu Tur. collegarum conscribat e Et quia multa sunt Nu. 11. illi negotia peragenda, correctori non subijcietur f qui cum egredi conuentum voluerit non petita li- Ianu. 1. centia corrector assignabit illi socium. f Primũ- Nu. 6. q; post correctorem obtinebit locum. g Apostatas g & fugitiuos vna cum correctore, & senioribus in Auinio. absentia generalis & collegarum punire poterit, h vel reseruare patri generali, vel prouincialibus h vel suis superioribus Tolo.

FINIS

ERRATA

Typographum. lege Tipographi. folio.3. adiurisse, lege audiuisse. priuetur, lege punietur. fo.4. ipso facto, lege ipsoquè facto. folio.5. fine vagationis. lege suæ vagationis. varijsquè vniculis. lege vinculis coercieri, lege coerceri. fo.6. memini. lege nemini. subhorta, lege subortà. fo.7. notumsic, lege st. fo.9. pro generali lege pro generalis. fo.10. Val.4. Nu. 25 lege Nu. 23. fo.11. à sacra sancta, lege a sacro sãcta vllus lege nullus. folio 12. auteem lege autem.

fo.13.fine defectu. lege fiue defectu. Val.4. Nu.10. lege Nu. 29.Ro.2.Nu.24.lege Nu.23.fo.14.Val.4Nu.25.lege Nu. 27. Val.3, Nu.22. lege Nu.23. Bono.1.Nu. 11.lege Nu.27.fo.15. moti partres, lege patres. folio.16.pepretuo., lege perpetuo. folio 17 ordiuarij.lege ordinarij.folio.18. fnperiorum, lege fuperiorum. folio.19. ad obedientienta. lege ab obedientia. folio.21.pecunijs. lege pecunijs.donato,lege donatio. Val.3. Nu.8.lege Tolo.29.delecti, lege delicti.fol.22.Val.4.Nu.8. lege 28 diffimierunt, lege diffinierunt. teftimaniales lege teftimoniales. vel confrates, lege confratres. fol.23. n Auinio fol. 25.mouitij, lege mouitij

INDEX OMNIVM MATEriarum quæ in hoc continentur Libello.

Capitula

E

FINIS.